

IMPRIMERIE DE LA UNIVERSITÉ


FACULTÉ
DE
THÉOLOGIE
DE PARIS
—
THÈSES

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M.S.
688



BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M S.


688




Volume de 274 feuillets
(moins 12, 28, 49, 84, 210, 211, 243, 244)

20 Juin 1912

(collé)





De Authenticitate Pentateuchi

Thesis Theologica quam Deo duce
et auspice Beatâ Virgine Deiparâ tueri convaluit
Ludovicus Josephus Gustavus Delacroix parochus
Ecclesie loci vulgâ dicti Brueil in Diocesi Versaliensi

tandem sacrae ecclesiæ, et totius
universi, adversus eam, sine ullo, sine apertis, pro
se, sed non formis, præter
tunc, sæculi, adven. Deo et nominis, qui multas, dicitur
tant, incredulus, qui, sacra, adverte, sunt, non
tates, et, rationes, fundamenta, dicitur, conati, sunt,
co, iudicium, animum, ut, probationes, antiquas, ad-

De Authenticitate Pentateuchi.

imprinta, sunt, et, non, posse, definire, qui, alterius, pro
quod, Moyses, opus, institutionum, regerunt, ut, in
dubium, revocant. Huc, ego, ferentis, et, amore, veri
tatis, ductus, statim, Deo, adjuvante, et, implorata
Beatæ, Virginis, Deiparæ, auxilio, Pentateuchi, au
thenticitatem, demonstrare, sed, antequam, deveniamus
ad, propositum, addit, mandam, valde, nobis, interest,
varios, cognoscere, auctores, qui, partes, oppositas,
dicitur, sunt.

Nulla, unquam, hæc, apud, Veteres, sive, in, mediâ, aetate,
existit, reclamatio, adversus, authenticitatem, Pentateuchi,
quem, omnes, à, manu, ipsius, Moyses, et, initio,
Hebræorum, in, publicâ, scripturâ, continebant. Hæc,
tamen, dicitur, locutionem, et, tanquam, Moyses, opus, non
agnovissent, Hallesius, in, opere, Leviathan, part. 3, cap. 33)
Hæc, dicitur, in, systemate, Præadamitarum

De Authenticitate Pentateuchi.

Omni tempore hostes fidei extulerunt caput et nihil non omiserunt ut eum everterent: ad ejus vim labefactandam sexcenta excogitarunt systemata et totas vires suas adversus eum sive clam, sive aperte, prout se dederat occasio, direxerunt: sed novissimis praesertim saeculis, odium Dei et nominis ejus multos suscitavit incredulos qui sacratissimas adorta sunt veritates et revelationis fundamenta diruere conati sunt. Eo audaciter vixerunt ut probationes antiquitatis admissas rejicerent, atque authenticitatem Pentateuchi inficiant sunt et non pauci de quibus qui ulterius progressi Moysis ipsius existentiam negaverint vel in dubium revocaverint. Hoc agere ferentes et amore veritatis aducti, statuimus, Deo adjuvante et implorato Beatae Virginis Deiparae auxilio, Pentateuchi authenticitatem demonstrare sed antequam deveniamus ad propositionem adstruendam valde nobis intererit varios cognoscere auctores qui partes oppositas seculi sunt.

Nulla unquam sive apud Veteres sive in media aetate existit reclamatio adversus authenticitatem Pentateuchi quem omnes a manu ipsius Moysis et initio Hebraeorum reipublice scriptum contendebant. Hunc tamen dictis haeserunt et tanquam Moysis opus non agnoverunt Hobbes (in opere Leviathan part. 3 cap. 33) Isaacus Pererius in systemate Praeadamitarum

lib. 4 cap. 1, Apinosa in tractatu Theologico politico
quorum alter Moysis libros vocat quod ejus historiam
contineant, alter quod sint fragmenta veteris Mosaicae
narrationis quae jam dudum non existit, tertius quod ea
antiquis monumentis in breviarium redactis Esdras
sub nomine Moysis opus composuerit.

Inventas ab iis auctoribus difficultates quum postea
studiosissime collegisset Voltarius amplificavit atque
elegantet ornavit in quibusdam suorum operum, Traite
de la Tolérance, Philosophie de l'histoire, Dictionnaire
philosophique, questions sur l'Encyclopedie, la Bible
expliquée etc. etc. Singulare et non multum ab istis
opinionibus dissimile prodiit systema cuius auctor
Richardus Simon in famoso opere sic dicto Histoire
critique de l'ancien Testament referebat à Moïse
institutum fuisse ordinem scribarum qui res temporales
gestas in commentariis referrent et Pentateuchum
nunc existentem esse compendium post captivitatem
Babylonicam redactum et publicam auctoritate confir-
matum. Hunc acriter redarguit Joannes Clericus in
opere inscripto Sentimens de quelques theologiens de
Hollande sed in alium ipse errorem incidit: si enim
fides ei adhibita fuisset, Pentateuchum qualis nunc
existit scripsisset sacerdos à rege Josia missus qui
Israelitas invitaret ad celebrandum Pascha Jeroso-
lymis et deinceps illum approbarissent Hierosoly-
mitani. Hoc hanc tamen hypothesisi discessit vir
doctissimus et patam in operibus posterioribus
professus est Pentateuchum esse geminum opus
Moysis atque sententiam suam gravissimis argumentis

confirmavit. Denique hodierni increduli praesertim in Germania, libros Moysis vel erroribus plenos asserunt vel etiam omnino rejiciunt ut mythos quorum arca se delucidare jactitant sicut et aliorum librorum sacrorum.

His positus sit propositio sequens:

Pentateuchus est authenticus, id est genuinum opus Moysis et eo tempore ad quod refertur fuit scriptus.

Probat. + quando agitur de authenticitate cujusdam libri duo requiruntur et sufficiunt, scilicet, ut ab eo auctore cujus nomen praese fert et ea aetate cui vulgo tribuitur sit scriptus, et ideo si validissime praebantur rationes, nullus superesse potest dubitandi locus. Quod de aliis operibus dicatur Pentateucho pariter ascribendum est, nullus enim liber tam proba exhibet authenticitatis argumenta quae eruantur tum ex unanimi populorum consensu, tum e characteribus antiquitatis in Pentateucho conspicuis, tum denique ex manifesta sententiae adversariorum vanitate et repugnantia.

Et 1^o ex unanimi populorum consensu
constat Pentateuchum esse genuinum opus Moyses
initio rei publicae Judaeorum scriptum: eadem enim
certiores nos faciunt Judaei, Christiani, Mahumetani
atque Paganus.

1^o Judaei: Moysen enim summam veneratione
semper prosecuti sunt atque etiamnum prose-
quentur: ab eis semper habitus est ut primus ^{liber} dux
suae gentis, propheta et legislator, ejusque (quem nos
Pentateuchum vocamus, apud eos sub nomine legis
7757 Designatus) ex initio rei publicae, in manu
omnium versatus et in publicis caeteribus legitur:
leges, ritus, consuetudines, judiciorum civilium forma
diversarum familiarum jura quae in eo conscrip-
ta sunt usque ad urbis et templi eversionem in
usu fuerunt: partem etiam rituum atque precep-
torum quae retineri potuerunt ubique terrarum vel
dispersi servaverunt. Sic usque adhuc apud concivem
celeberrimus existit Moyses ejusque opus velut au-
thenticum in universo orbe diffusum est, attamen
si res se ita non habuisset, quomodo, evoluta tempo-
rum serie, Judaei tanquam sacrum admisissent
librum in quo reprehenduntur ut durae cervicis
populus, immemor beneficiorum Dei, semper ad
rebellionem proclivis. Nemo à contrario non videt
quam magni illorum interfuisse statim atque
in lucem editum fuerit rejicere ut apocryphum
opus quod tam multa genti suae adversa conti-
neat et in quo praedictus sit infelix ^{egrum} ~~egrum~~
excitus, quapropter, si Judaeorum testimonium

109

non accipitur, nihil inter homines pro certo admit-
tendum erit si quidem tam constantet et contra
se ipsos pro authenticitate Pentateuchi propu-
gnant: praeterea apud alios auctores sacros qui
serie non interrupta post Moysen prodierunt,
mentio fit de illo et de opere ejus, multa ex eo
depromuntur loca de verbo ad verbum relata,
attamen ne longiores simus in dicendo quaedam
tantum ad confirmandam propositionem nostram
apta seligemus.

Pentateuchum esse genuinum opus Moysis
patet 1^o ex libro Josue qui in vices ejus successit
et quem Dominus sic alloquitur cap. 1. 4. Confor-
tare et esto robustus valde ut custodias et facias
omnem legem quam praecepit tibi Moyses servus
meus.

2^o ex libro Judicum, III. 4: Dimisitque eos ut in
ipsis experiretur Israel, utrum mandata audiret
Domini quae praeceperat patribus eorum per manum
Moysis, an non.

3^o ex III. Reg. II. ubi David morti proximus, Salo-
monem hortatur dicens: Observe custodias Domini
Dei tui ut ambules in viis ejus ut custodias cere-
monias ejus et praecepta ejus et judicia et testimonia
sicut scriptum est in lege Moysi.

4^o ex II. Par. XVII. regnante Josaphat, mittuntur
sacerdotes et levitae docebantque populum in Juda
habentes librum legis Domini à Moysi scriptum,
sicut videre est in multis aliis testibus sacrae Scripturae.

5^o ex IV. Reg. xiv. Homasias filios eorum qui patrem suum occiderant non interfecit juxta quod scriptum est in libro legis moysi et locus inde depromptus

(Deut. x. xiv. 19) hic refertur: non morietur pater pro filiis neque filii pro patribus sed unus quisque in peccato suo morietur

6^o ex Tob. vii ubi memoratur consuetudo rigens secundum legem Moysi et petita ex Num. xxvii.

7^o ex Baruch cap. ii et Daniele cap. ix qui tempore captivitatis babilonicae florentes agnoscunt omnia mala populo evenisse propter oblivionem legis à Moysi datae

8^o ex I. lib. Esdra: post exitum duces populi edificaverunt altare Dei Israel ut offerrent in eo holocausta sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei et cap. vii ipse commendatur Esdras ut scriba relox in lege Moysi quam Dominus Deus

dedit Israel

9^o Es. ii. Esdr. qui et Nehemias dicitur: Nehemias Deum iis verbis deprecatur cap. i. Memento verbi tui quod mandasti Moysi servo tuo dicens: Cum transgressi fueritis ego dispergam vos in populos. duo in loco manifestè respicit verba quae Deut.

xxviii et xxx. praedicuntur et cap. x. iii haec se habent

In die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo et inventum est scriptum in eo

quod non debeant introire Ammonitae et Moabae

in Ecclesiam Dei usque in aeternum eo quod

non occurrerint filiis Israel cum pane et aqua et

conduxerint adversum eos Balaam ad maledicendum

100
11
eis. de ea Deuteronomii est cap. xxiii. factum vero
Balaam refertur Num. cap. xxii et xxiii.

10° Denique Malachias, prophetarum ultimus,
aequalis Esdrae et Nehemiae prophetiam suam his
verbis concludit (iv. 4.) Memento te legis Moysi servi
mei quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israel
praecepta et quae iudicia

Ex iis textibus et aliis innumeris quos omisimus,
brevitatis causa, exurgit continua per omnia secula
series testium qui Pentateuchum tanquam genui-
num opus Moysis fatentur: idem constat in
prisco Iudaeorum canone teste Josepho contra
Hippionem lib. 1, idem pariter clare videtur in
antiquioribus Scripturae versionibus v. g. in ea quae
dicitur Septuaginta Interpretum, in Syriacâ
in Chaldaica et haec testimonia quibus nemo
sensu praeditus irrefragari potest valde inserviunt
ad demonstrandam Pentateuchi authenticitatem.

11° Christiani: non minus ac Iudaei unani-
miter Pentateuchum genuinum esse Moysis opus
asserunt. In novo enim sicut in veteri testamento
idem confirmatur: hoc patet ex verbis Christi
et Apostolorum: ita loquitur Dominus Jesus
marc. xii. 26 ubi Sadduceos refellit qui resurrectionem
corporum negabant, dicens: De mortuis autem quod
resurgant non legistes in libro Moysi et hic refert
textum Exodi. iii. 6. — apud s. Lucam xxiv. 27. Et
incipiens (Jesus) à Moysi et omnibus Prophetis
interpretabatur illis in omnibus Scripturis quae de

ipso erunt et 44. Quoniam necesse est impleri omnia
quae scripta sunt in lege Moysi. Apud Joannem
pluries agitur de lege Moysi sic v.g. cap. 1. § 43 et Philippo
ait Nathanaeli: quem scripsit Moyses in lege et
prophetae invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth
cap. 1. § 39 et 46. Christus Judaeorum sibi credere volentium
pervicaciam arguit dicens: Scrutamini scripturas
si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi
de me enim scripsit. Hanc eandem veritatem ab
Apostolis traditam videre est in multis locis v.g.
act. apost. xv. 21 Jacobus ait: Moyses enim à tempo-
ribus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum
praedicant in synagogis ubi per omne sabbatum
legitur et Paulus (2. Cor. 11. 15) ^{legens} De Judaeis scriptu-
rarum sensum nescientibus dicit: cum legitur Moyses
velamen positum est super eos eorum.

Multa alia testimonia offerri potuissent sed
haec sufficiunt ut demonstretur Pentateuchum
tanquam authenticum à Christo et Apostolis
habitu fuisse. Nihil aliud docuerunt auctores
in Ecclesia commendati; ipsa Synodus Tridentina
in decreto de canonicis scripturis sess. 4. Pentateu-
chum Moysi ascribit omnes denique Christiani
semper in eo fuerunt et sunt unanimes

30 Mahumetani ipsi Moysen et Heli-
simi prophetam venerunt et saepe legem eius commu-
datam in Mahumetis libro qui dicitur al Coran
sic v.g. cap. 21. § 42. legitis tamen librum ait Mahu-
metes et 450 Moysi dedimus (quae verba Dominus

M

tribuentur) librum et distinctionem, id est verda-
tionem ut in viâ rectâ dirigamini: et in capite
xxviii. ubi referuntur historiae Moysis et liberatio
Hebræorum hæc se habent: Moysi deditur
librum, id est Pentateuchum^{etc} eadem fit mentio 448
et in multis aliis ejusdem operis locis: quapropter
ex consensu omnium populorum huic sectæ
dediturum eruitur argumentum propositioni
nostræ consentaneum.

4^o Pagani: quinimò apud veteres ethnicos
Moyses nobis exhibetur ut vir illustrissimus, scien-
tiarum peritissimus, dux suæ gentis et Hebræorum
legislator ejusque opus summis laudibus extol-
litur. Si credamus doctissimo Huet multi fue-
runt auctores profani inter quos Homerus, Hesiodus,
Thales, Solon, qui aliquam narrationis Mosaicæ
notitiam habuerint cujus passim in scriptis
suis reliquerunt vestigia: quid mirum si in exem-
plaria Pentateuchi inciderint et se eo plura docu-
menta hauserint, uti volunt Tertullianus, Clemens
Alexandrinus Eusebius aliique non pauci cum eis,
longius etiam progreditur episcopus Hydruntinus,
existimat enim ethnicorum theologiam ex Moysis
operibus deductam et ipsius historiam sub involu-
cris heroum intertextam fuisse: hæc sententia non
omni videtur destituta fundamento et à
pluribus defenditur, attamen haud necesse est in
eâ tuendâ amplius erit amur, si quidem tam
multa clara testimonia de Moysis existentia

ejusque opere apud externos scriptores reperiuntur
1. haec veritas perspicua videtur ex fide
et agendi ratione Samaritanorum: hic enim popu-
lus Judaeis infensissimus, eis semper invisus et à
templo exstruendo tempore Esdrae ut infamis arcibus
Pentateuchum ut opus genuinum Moysis sum-
mè cum veneratione semper habuit; in eo sola fuit
discrepantia quod Samaritani novis nunquam
usi sint characteribus, id est Chaldaïcis sed veteres
Hebraïcos retinuerunt. Ducentis ultime annis
apud Sichat vel Sichem ubi quaedam supersunt
familiae Samaritanae reperta sunt exemplaria
Pentateuchi et si excipias aliquot ^{varias} parvi momenti
lectiones quae plerumque ex mutatione litterarum
proveniunt, eadem sunt leges, eadem historia, idem
denique textus: ideo haec similitudo, hic consensus
clare demonstrant authenticitatem Pentateuchi.
non est enim dubitandi locus quod duae gentes originè
diversae et ex quas perpetua existerunt inimi-
cicia in idem convenirent absque ullà repu-
gnantiâ.

2. sed et jam ex veteribus seculis apud alias
nationes falsorum numinum cultui addictas multa
cautores meminerunt Moysis tanquam legislatoris
vetustate antiquissimi, sic Manetho Aegyptius,
Philocorus Atheniensis, Eupolemus, Apollonius
Molonis, Alexander Polyhistor etc. etc. duorum
dam quidem scripta perierunt sed exstabant
aetate Josephi, Clementis Alexandrini et Eusebii

112

qui plurima ex iis loca afferunt ut demonstrent
Judaeorum leges Graecorum legibus et disciplinis
multo antiquiores esse.

Inter Scriptores quorum opera usque ad nos
pervenerunt Diodorus Siculus 1. libr. Hist. Moysen
annumerat legislatoribus qui leges suas à numine
sibi traditas fuisse affirmaverunt multa que de
eo mirabilia refert et haec contendit se à sacerdo-
tibus Aegyptiis didicisse. Moyses meminerat
Crogus Pompeius ut videre est ex Justino ejus
abbreviatore et licet aliquot in narratione sua
fabulas exprimat nihilominus afferit Hebræo-
rum rempublicam legibus Moyses administratam
fuisse. Meminit et Strabo qui scribit: Moysen
exosum profanos Aegyptiorum mores, collectà
ingenti piorum hominum multitudine conces-
sisse in Judæam ibique fixis sedibus et sanctis
Dei colendi ritibus institutis, abjectoque potissi-
mum et ejurato idolorum cultu, nec tam vi et
armis quam pietate imperium confirmasse.
Meminit etiam Juvenalis lib. Satyr. Sat. 14 ubi
sic ait:

Judaicum ediscunt ac servant ac metuant jus,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moses.
Denique Moysen tenquam legum Judaica-
rum scriptorem affirmant Galenus, Tacitus,
Festus et praesertim Longinus de sublimi
genere dicendi sect. VII. qui ait: Judaeorum

legislatorem virum fuisse non vulgarem quando-
quidem numinis potentiam pro dignitate notam
fecit in proemio legum suarum scribens: Dixit
Deus; fiet lux et facta est, fiet terra et facta est

Hæc et multa alia adversus revelationis
oppugnatores à scriptoribus Ecclesiasticis in mediis
prolata sunt ut ostenderent nomen Moysis
haud incognitum fuisse inter gentes externas, nos
illorum vestigia insistentes vana adversariorum
commenta refellimus atque concludimus ex una-
nimi consensu populorum, scilicet Judæorum,
Christianorum, Mahumetanorum nec non Sagen-
orum Moysen vere existisse et Pentateu-
chum esse genuinum illius opus.

Argumentum secundum ex anti-
quitate characteribus in Pentateucho conspicuis
deductum.

Ipse Pentateuchus dummodo attentè
legatur et scrupuloso examini subjiciatur anti-
quitate sue notas exhibet: nihil enim in eo
deprehenditur quod non redoleat ætatem in qua
ænes illum conscriptum fuisse existimatur.
Hanc assertionem confirmant tum facta
que in Genesi referuntur, tum leges ceremonie
mores atque res gestæ quæ sunt argumenta
quatuor posteriorum librorum, tum denique

Styli color et orationis genus quae paucis absol-
vam dicetis.

1^o in Genesi Moyses mundi creationem, protopa-
rentum ortum et lapsum, primos generis humani
eventus veterum gentium origines commemorat,
primarum urbium aedificationes revocat earumque
situs tam exactè describit ut nihil sit quod in eo
reprehendatur: frustra impii aliorum populorum
annalia adierunt eam mente ut libros sacros evert-
rent sed rebus nullam merentur fidem vel si qua eis
adhiberi potest, favent narrationi Mosaeicae,
redam noceant: aliunde nemo non videt quam diffi-
cile fuisset auctori recentiori facta adeo antiqua
fideliter scribere: aliorum gentium exordia am-
biguis intertexta sunt, Geneseos vero perspicua et
dilucida expositio.

2^o quatuor ultime Pentateuchi partes con-
sentaneae videntur operi quod auctor contempora-
neus minutatim scribit, hoc eruitur e legibus,
factis, caeremoniis quae vicissim memoriae mandan-
tur: ordinem alium auctor posterior assumpsis-
set, facta cum factis, ritus cum ritibus dispo-
sisset, Moyses vero ut videtur ex informatione
operis eventus mirabiles quotidie descripsit et
omnia prout evenerant retulit.

Insuper iis priorum saeculorum temporibus aptè
convenient facta in Pentateucho relatata et
apud profanos scriptores non multum discrepantes
Argumenta quae super attulimus magni sunt
valoris ad stabilendum propositionem nostram

reperiuntur usus, sic vita simplex patriarcharum,
officia et agendi ratio mulierum, nomina imposita
in memoriam alicujus rei, monumenta erecta in signum
fœderis, sacrificia et alia hujusce modi valde conser-
tuunt cum heroum moribus sic cupider est apud
Homerum et Herodotum in utriusque operibus

Ipsum etiam dicendi genus et styli color multa
illius antiquissimæ ætatis notas servant. Pentateuchus
enim plurimum differt à Tsalinis et aliis libris recen-
tioribus: multa loquelæ quæ postea fuerunt in usu,
nondum vigeant; et archaismi grammaticales qui
Moysæ florente existebant procul dubio recentiori
ævo correcti sunt: id fatentur auctores lingue
Hebræicæ periti inter quos doctissimus Iahn qui con-
tendit se plus quam centum locutiones Pentateuchi
proprias numerasse, omisit illis de quâ sermo fuerat
(אמר) $\lambda\epsilon\psi\omicron\mu\epsilon\upsilon\omicron\lambda\epsilon\upsilon\lambda\epsilon$ et his de quarum objectis non erat
occursum in aliis libris loquendi: sic in Pentateucho
perè nusquam leguntur verba exotica nisi quæ ægypti-
cæ, pronomen masculinum $\text{א} \text{א}$ pro feminino $\text{א} \text{א}$
usurpatur, verba ultima aleph א et he ה inter se
non rarò permutantur, præfrequens He locale et ali-
similia quæ inveniuntur quidem in posterioribus
libris sed multò sunt rariora. ו præfixum, id est
loco relativi ו qui, quæ, quod, alicui verbo præposi-
tum, nunquam in Pentateucho, ut animadvertit
Kadvocat in sua Grammatica Hebræicâ, reperitur
licet eo elegantè usi fuerint ceteri sacrorum lib

114
rum scriptores, In Pentateucho menses ex ordine
secerantur, in aliis vero serius scriptis nomine
proprio insigniuntur et verisimile est menses
prius ^{ordine} ~~nomine~~ quam ^{nomine} ~~ordine~~ distinctos fuisse.

Aliud est antiquitatis indicium quod à princi-
pio illud opus in textu hebraico propria non
vocetur denominatione à Judæis postea
inscriptum fuit חֲרָה (Chora) id est lex et singula
divisiones quæ primum à Josepho Flavio comme-
morantur ab ineuntibus vocibus titulum præ se
ferunt, v. g. בְּרֵשִׁית Beresith, וַעֲלֵה־שֶׁמֶתh
וַאֲרָא וַאֲרָא וַאֲרָא Vaicra, וַאֲדַבֵּר Vædabber, וְהִבְרַחְתֶּם
וְהִבְרַחְתֶּם Elle Haddeburim; nomen Pentateuchi et
vocabula diversarum ejus partium, Geneseos, Exodi
Levitici, Numerorum, Deuteronomii à Grecis
usurpatæ fuerunt ut argumenta librorum expri-
merent: unde argui licet opus prodierit quando
nullum existeret et tituli decursu temporum
præfixi sunt ut ab aliis secerneret et et ideo
ex antiquitatis characteribus in Pentateucho
conspicuis deducitur ipsum esse antiquissimum
et eâ fuisse scriptum ætate ad quam refertur
ejus existentia.

3^o ex manifestâ sententiâ adversario-
rum vanitate et repugantiâ.

Argumenta quæ nuper attulimus magni sunt
roboris ad stabilendum propositionem nostram;

attamen quo res clarior pateat nobis instituiendus
est sermo ut ad objecta ab adversariis respondeamus

Contendunt alii Pentateuchum à Moysse
scriptum non fuisse quia ejus ætate nondum co-
gnoscebantur littere alphabeticae et necessariae ad
scribendum decerant materiae sed ex historiis et usibus
antiquorum populorum oppositas partes amplexi
sunt doctissimi viri aliunde qui doctrinam unani-
miter admissam impugnant solidissimis inti-
debent rationibus alioquin ex veteri axioma,
quod gratis asperitur, gratis negatur: auctor Moyses quidem
de se tertiã personã loquitur sed inde inferri
non potest quod non sit auctor Pentateuchi ne-
similiter egerunt celeberrimi scriptores s. g. Xenopho-
Casar, Flavius Josephus multi que alii nostrã
etiam ætate

Illi dicunt opus Moysis periisse et in equi-
locum multo post suffectum fuisse Pentateuchum
hodiernum sed difficile est librum tanti mo-
menti in oblivionem venisse siquidem pro codice
gentis erat et in manu omnium versabatur:
illum consulebant sacerdotes, Levitoe, magistratus
princeps ut propria discerent officia vel alios
docerent: tantẽ legis reverentiã afficiebantur Hebræi
ut non solum verborum sed etiam litterarum
numerus certus haberetur: multa insuper ex
Moysis libro, ut jam notavimus, depromuntur loca
quae apud auctores sacros recentiores citantur, tun-

115
omnes eorum libri ^{pariter} suppositi fuissent, si hypothe-
sis adversariorum admitteretur, et unus vel plures
id consilium exsequi studuissent sed ut unque
inceptum adversaria videt ut impossibile: quomodo
enim unus tot scripta stylo differentia in
lucem edidisset vel plures, fraude non detecta, in
eumdem errorem propagandum consensissent,
aliunde tempus in varias epochas dividi potest
et tunc constabit nullum alium praeter Moysen
et post Moysen Tentateuchum scribere potuisse:
sic ex dicendis, Tentateuchus est authenticus vel
post Esdras vel tempore Esdrae vel ante Esdras
suppositus fuit.

1^o Dici non potest Tentateuchum
scriptum fuisse sub nomine Moysis post
mortem Esdrae; nam Judaei à captivitate Baby-
lonicâ reversi, Dei cultum fideliter retinuerunt,
servantes omnia quae jusserat per vocem Moysis,
id est praecpta, judicia et quae caeremonias, nihil
ergo; sive in rebus sacris sive in politicis, fuit immu-
tatum ex iis quae ordinaverant Esdras et
Nehemias juxta leges Moysis hoc patet ex
historiâ Machabeorum et antequam atibus Josephi,
nullum tunc eâde re movebatur dubium et diffi-
cile fuisset ab eis sentire si quidem constans vige-
bat traditio: insuper post celebrem septuaginta
versionem ex sermone Hebraeo in Graecum converso

omnis dubitatio tollitur nam ex eo tempore etiam
libri sacri saltem Pentateuchus sparsi fuerunt in
universo orbe et tanquam genuinum opus Moysi
transmissus est

2^o nec tempore Esdrae et ab ipso Esdra ut somnia-
runt increduli post Spinozam; contrarium enim
evincitur ex sacris libris ubi antè reditum Esdrae
leges Moysi iterum sanciuntur: legitur quippè
sacerdotes plurima fecisse sicut scriptum est in lege
Moysi viri Dei, Esdras tamen nondum advenerat
aliunde nullibi dicitur auctor Pentateuchi, sed
tantummodo scriba relox in lege Moysi quam
Dominus Deus dedit Israel. Quomodo etiam Esdra
fallere potuisset Hebraeos: multi enim ex iis qui
Hierosolymam redierant, à Patribus omnia ad usum
et utilitatem gentis attinentia sine dubio didice-
rant, et impossibile erat opus recentius scriptum
tanquam vetustissimum ab iis haberi. Insuper
Samaritani, ^{qui} Judaeis templum exstruentibus commu-
ceri volentes, indignanter repulsi sunt, Pentateuchum
venerantur velut genuinum opus Moysi et certè
non illud accepissent si ut Esdrà vel ab aliquo
auctore coetaneo editum fuisse existimassent.

3^o nec antè Esdram: ut enim haec supposi-
tio admitteretur novae essent difficultates enu-
candae. Hoc certè dici non potest à Salomone usque
ad Esdram: immediatè enim post hunc regem exor-
tum est schisma decem tribuum et inde duo form-

116

Sunt populi qui odio inter se affecti sunt et
nihilominus legem existentem retinuerunt, Moysen
pariter summo honore prosequentes. Quis dubitat
quin alter uter ut apocryphum rejecisset librum,
et si postea hunc admisisset, saltem de eâ
consensione aliquod remaneret vestigium.

Hoc quoque asseri non potest ante Salo-
monis ætatem: quò enim viciniora sunt tempora
eò difficilior est suppositio, aliunde si usque ad
Moysen ascenditur, plures in intervallo prodierunt
libri, primus et secundus Regum, Judicum, Ruth
et Josue qui frequentes leges à Moysen prescriptas
revocant.

Nemo moveri debet si quedam voces et aliquot
loca paucis absolute verbis, Moysi posteriora
videntur; nam ex interpretum sententiâ, hi
omnes textus margini primum, delucidationis
causâ, appositi in opere postea inserti fuerunt;
sic urbes à nomine recentius dato designantur,
idem pariter fit apud auctores profanos et
tamen nullum exurgit dubium circa authen-
ticitatem illorum operum.

Hic finem habet labor quem susce-
pimus veritatis defendendæ causâ: sat dictum
est ut convincatur quivis animus sincerâ mente
præditus; qui ergò non crediderit Pentateu-

chum esse authenticum, omnem fidem quibus
scriptis denegare debet quoniam nullum est quod
adeo invictis nitatur probationibus: hoc evidenter
demonstrat unanimis consensus populorum: pro
hic liber perspicuos exhibet antiquitatis characteres
denique omnes haud regre solvuntur difficultates
ab adversariis allegatae: inconcussa igitur manet
thesis pro qua propugnabimus, et idcirco
Tentatus est authenticus, id est, genuinum
opus Moysis, ea aetate ad quam refertur scrip

O Virgo, studiis semper adesto meis.

Chambers on the subject of...

117


118

711
811

etiam esse authenticam, omnem fidem quibus
scriptis denegare debet quoniam nullum est quod
ades invidis aut ut in probationibus: hoc evidenter
demonstrat unanimes consensus populi: pro
hic liber perspicuus exhibet tant iniquitatis characteres
denique omnes haud cequi solent ut difficultat
ab adversariis allegata: inconcussa, igitur manet
thesis pro qua propugnabimus, et idcirco
Tentat utrumque est authenticum, id est, genuinum
opus Moyses, in aetate ad quam refertur totus

Q. V. G. et adus semper adesto meus.

Placet pro le Ducatibus



In hunc modum Catholice fidei unitate
regnum confirmatur.

quod in hunc modum et de his rebus et
conditionibus

et in hunc modum quod fides in hunc modum servari debet
et in hunc modum in hunc modum a Christo non recedat
et in hunc modum

et in hunc modum fides, quibus etiam quomodo
fides unitate non gubernat. Veniant.

et in hunc modum

et in hunc modum fides in hunc modum. Debet
et in hunc modum quod de his rebus in duas partes

et in hunc modum quod in hunc modum Christum unitate
et in hunc modum fides ad unitatem gubernat. Servat.

8/11